

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Orationvm Marci Tvl. Ciceronis

Accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum  
commentariis, quibus ita loci permulti explicantur, vt vulgo receptæ  
lectionis vbique ratio habeatur

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lvgdvni, 1586**

Ad populum et equites Rom. antequam iret in exilium oratio

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-343](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-343)

& bis triumphalem & Carere debet omni uitio, qui in alterum paratus est dicere: is demum maledicit, qui non potest uerum ab altero audire. Sed tu omnium mētarum affecta, omnis cubiculorū in prima etate pellex, & idē postea adulter, omnis ordinis turpitudo es, & civilis belli memoria. Quid enim grāius pati potuimus, quam quod te incolu-  
mem in hoc ordine uideamus? Desine bonos petulantissima

P. 27 conseptari lingua: desine morbo procauitatis isto utidi scire unumquemque moribus tuis estimare. his moribus an. i. c. tibi facere non potes: uideris uelle inimicum habere. Finem dicendi, P. C. faciam, sape enim grāius uidi offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos, qui commiserunt. Mihi quidem ratio habenda est, non quid Sallustius merito debeat audire, sed ut ea dicam, si qua ego honeste effari possum.



AD POPVLVM, ET  
EQVITES ROM. ANTE-  
QVAM IRET IN  
exsilium  
ORATIO.

Et hæc falso est Ciceroni adscripta.

**S**i quando inimicorum imperium propulsare, ac propellere cupisti, defendit nunc universum, qui, ne omnes concidaretis, ardore, que flammæ conflagraretis, mei capitis periculo non dubitavi prouidere. Nam, quem uirtutis gloria cum summa laude ad celum extulit, eundem inimicorum inuicta

dia indignissime oppressum deprimit ad supplicium. Si liberum conceptam dulcedinem animo inclusam continetis, nolite eo uelle carere, qui clarissimam uestram procurationem sibi esse duxit. Est enim liberale officium, serere beneficium, ut metere possis fructum. Fidei conductil, in loco debitum retribuere. Illic enim animi uoluntas propensa comprobatur, hic memoria collaudatur. Itaq; si omnibus graue seruitutis iugum esse debet, in libertate educatis, sit is uestris animis acceptissimus, qui à uestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. Et , si maiores uestrri eos imperatores , qui militum uirtute hostium fregerunt furorem, iucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solum statuis dignos putauerunt, sed etiam aeterna triumphi laude decorarunt : tum nos cum consulem , qui non militum praesenti fortitudine, sed sua eximia animi uirtute hostilem ciuium mentem senatus auctoritate uindicauit, existimare nobis retinendum in ciuitate esse. Si quae beneficia singulis ciuibus, priuatumque dantur, ea solent iis esse fructuosa, à quibus sunt profecta: iure , & merito possum ego nos ad defensionem mea salutis adhortari, quos conseruavi universos. Nam neq; maius est defendere unum, quam populum: neq; uerius à singulis, quam ab omnibus repetere officium præmium, & fructum: propterea quod in unius periculo sepe contentio parua est, ut leuis sit labor defensori sustinendus: in reipub. insidiis, quo firmius est, quod oppugnatur, eo paratiores sunt inimici, ut iis sine magna sollicitudine , industria, uirtute non queat resisti. Et singulorum opes sepe sunt tenues, & infirmæ ad gratiam referendam, ut optulari bene merentibus non queant, si maxime cupiant: uniuersorum auxilium eo plurimum prodest, quod firmioribus opibus est nixum. Iure igitur, quoniam & ma-

ior impensa in patriam officij facta est, quam in priuata sit  
defensione, & plus à uobis præsidij, quā à ceteris opis ad  
salutem potest afferri: uos obtestor, quos mibi & debere,  
& posse intelligo opitulari. Non conuenit enim, cum ego  
ad promerendum officium tam fuerim expeditus, uos ad  
referendam gratiam esse tardiores: ne, cuius amplitudinem,  
ac gloria laude, atq; honoribus amplificare debeatis, eius  
incolumentem, & salutem deserēdam existimetis. Etenim  
errat, si quis arbitratur M. Tullium idcirco in capitib; per-  
iculum uocari, quod deliquerit aliquid, quod patriam la-  
serit, quod improbe uixerit. non citatur reus audacia: uir-  
tutis reus citatur. non accusatur, quod remp; ui oppugna-  
rit, sed quod homo nouus perniciosem nobilium restinxerit  
furem. Non obest mibi turpis, & nocens, sed hone-  
stissime, laudatissimeq; acta uita. non odio bonorum, sed  
inuidia premor malorum. intelligunt homines tot, & tam  
præclaris testimonio, monumentisq; uirtutis comparatis,  
M. Tullio, dum sit incolumente, fore uoluptari. idcirco uitam  
eripere cupiunt, ut cum spiritu sensum quoq; adimant in-  
cunditatis. Nonne igitur indignum est, eos præmiis meis  
inuidere, qui uirtute certare uoluerunt? eos in contentio-  
nenem honoris uenire, qui officiis se superari æquissimo ani-  
mo tulerunt? Si dulcis est gloria, consequere uirtutem, noli  
abuñere labores, petere honorem. honorem dico? immo ne-  
ro famam, fortunas, familiā, liberos, caput, corpus, ipsum  
deniq; sanguinem, & animam, Cedo inuitus de repub. cedo  
oppressus de fortuna, de dignitate: discedo à republica, ui-  
ctus audacia malorum. Liceat manere, si non illū M. Tullium  
custodem urbis, defensorem omnium, patrem patriæ,  
at certe reliquias Tullij liceat in conspectu ciuium, in hac  
urbe, quam ex paricidarum fauibus eripuit, remanere,  
tefta

testa omnium, fana deorum, uniuersam uidere periculo li-  
ber. atam suo ciuitatem: liceat ex hac flamma euolare, præ-  
sertim qui illud impium incendium perditorum hominum,  
lacrymis potius meis, quam sanguine uestro restinguiri ma-  
lui. Neq; enim peto, ut mihi detis uitam: sed datam repeto  
ut reddatis. Si meministis, quod dedi, uos non debetis obli-  
uisci, sed retribuere, quod debetis. Vos uos obtestor, dij im-  
mortales, qui me a menti lumina pratulisti, cum consen-  
sum extinxi coniurati. omnes, arcemq; urbis ab incendio, ac  
flamma liberaui, liberosq; uestros e gremio, & complexu-  
matrum ad cædem, & cruorem non sum passus abstrabi.  
Num igitur potest fieri, à clientibus ut recipiar, cum, à qui-  
bus de beam retimeri, recucere instituant? Socij quo fugiant,  
cum aditus custodi patriæ præclusus sit, quomodo spes sa-  
luti reliquis residebit, cù ciuibus præclusa sit expectatio  
incolumentatis pax, & concordia extraneis gignetur, cum  
iam domesticis non insideat, sed publice prouidenti eri-  
piatur? Nam quid ego improborum facta renouem ora-  
tione, ut redintegratione illius coniurationis animos uul-  
nerem uestros? Auxilium ab alienis efflagitabo, cum ciues  
uestros deseratis? sociorum inuocem subsidium, cum ciui-  
bus interclusum sit præsidium? quam colere gentem nunc  
instituam? utrum ut custos accipiar, an ut proditor exclu-  
dar? si ut conservator, uestra erit ignominia: si ut oppu-  
gnator, præcisa erunt omnia. Itaq; quod putauis fore gam-  
dum, id exstittit exitium. Si, Quirites, eumdem in cæteroru-  
periculis haberemus animum, quem in nostris difficultati-  
bus, & pro innocentissimo quoq; propugnare, & nocen-  
tissimum quemq; oppugnare, nobis utilissimum esse arbi-  
trare virum: & si cum optimi cuiusq; rebus aduersis nostra  
salutem, cum deterrimorum hominum secundis nostra pe-

## ORATIO

534

ricula putaremus coniuncta ,frequentes profecto talibus  
conatus obuiam ire niteremur : neq; partim innocentia  
freti, partim nobilitate nixi, partim potentia , ac multitu-  
dine amicorum fulti, cum perfacile existimaremus adver-  
sariorum uim, ac factionem a nobis repellere posse, subito ipsi  
simili periculo circumuenti in nostro euentu aliorum re-  
miniscentes casu, iure id nobis accidere nequidquam que-  
reremur. Quis enim est , Quirites , qui nunc cum inimico-  
rum nostrorum uim atq; uiolentiam perspiciat , quiq; no-  
strum ipsum periculosissimum casum recognoscet , qui non  
sibi, ac suis diffidat fortunis ? Quo enim se satis tutum ar-  
bitrabatur praesidio virtutis, & gloriae ? at ea nos ipsa hoc  
tempore oppugnant, multitudine amicorum ? aperueriant  
non fortes esse se amicos , si in eorum potestate nostra sita  
salus non est, paucitate inimicorum ? at id non in ipsis, sed  
in aliorum uoluntate positum est, nam non satis est, ne cui  
iniuriam facias , prouidere , si tamen sunt uoluntarij ini-  
mici , qui tuis praeiis te oppugnant. Atq; , cum hac om-  
nia omnibus sint grauia, atq; acerba, tum uero nobis mi-  
sera, atq; intoleranda, quorum & officia in rem pub. recen-  
tissima , & incommoda ob rem publicam frequentissima,  
in familia uersantur. Nunc, si eadem condicio discepta-  
tionis proponetur, aequi auditores adhibebuntur, aures  
non obtusa criminatione , sed uacue præbebuntur : qui  
sunt affsecuti summum gradum honoris , non despoliabun-  
tur honore: qui sperant facilius, & procliuius ad laudem  
nobilitatis peruenient. Quamobrem nolo, me duce, supple-  
cij uos ad fraudem deduci, ut ego ad priuatum statum re-  
cidam casus. Nunc igitur, si lingua est concertandum, in-  
nocentia uirtute fretus supero: si facta compensanda sunt,  
conferamus æquitatem: si uiolentie impetu opprimimur,

ee

cedam pro omnibus unus tribunitio furori; quoniam laborem pro cunctis ferre consueci. Si igitur aliquo tempore ijs hominibus consuliſtis, quorum animus est religionis pietate defunctus; debetis mihi quoq; proſpicere, qui numini deorum coaſteſratum, ſartum teſtum ab omni periculo conſeruaui, & nos ut tutam, tranquillamque fortunam traheretis, mea perfeci uigilantia. Nam, me, quem paullo ante fortuna exerat ad gloriam, uirtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem, eundem tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem. Et quoniam animaduertiftis illam coſpirationem cōflatā ita eſſe reſinatam, ut nulla ſcintilla compareat incendij, uos quoq; tribunitiam ſedate temeritatem. Qui nunc ſe mihi inimicum ostēdit, ſe prius eſſe uerſrum professus eſt inimicum. ne rei crudelitas experretā in me, in uos conualeſcat, & calamitas remorata longius ſerpat, atq; progrediatur, præcaueſte. Nunc uel ſolus deleſtus ad calamitatem, uel primus uocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere. Omnia ſunt immutata. manus ad demonſtrandum religantur iniuriā: lingua incidunt ad deplorandam calamitatē: animus præcluditur ad exponendam rei indignitatē: humilitatem generis obijcunt nobis, qui nouam rationem uifcitant, ueteres maiorum obterunt laudes. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in uos ſcelerate loquar factis? quorum cognita improbitas, me tacente, coarguitur turpitudine uitæ: ut de ijs non ſit neceſſe inimicos prædicare, de quorum ſcelere ne amici quidem, aut ipſi poſſunt negare. Vos ego appello, quorū de me maxima eſt potestas: apud uos loquor de mea calamitate, quos habui ſemper innocentiae, & uirtutis meæ testes. Igitur ex ciuitate bene meritus de republ. ciuis exturbatur? innocens expelli-

tur? Consularis homo, non minimis facultatibus usus, quodam amicorum multorum praesidio munitus, nunc partim ab inuidis, partim ab inimicis circumuentus eget indigne? huic si opem non tuleritis in periculo capit is, nos credo, retinebitis uestram libertatem? qui neque tanta ualeatis auctoritate, neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam. Mibi credite, hoc in uno incommodum confirmatum, multorum infirmabit incolumentem: Et si initio non erit refutatum, impune ad omnium perniciem conualescet. Proinde aut in meo periculo salutem integrum praestate communem, aut in uestris hoc idem incommodum exspectate fortunis. Nemo tam perdita auctoritate, tam facinorosa inuentus est uita, qui, cum de scelere fateretur, non tamen sententijs prius iudicum conuinceretur, quam supplicio addiceretur. Ego repente ui tribunitia corruptus, non modo loquendi libere in iudicio, sed ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem. Ejcior non solum sine teste, sine indice, sine crimine, sed sine etiam scelere, sine accusatore. Hostibus in bello qui dissident uoluntate, dimicant armis, uitam quotidie oppugnant in ipsa acie cum praeliantur, licet loqui, licet disputare: mibi in pace ciui, qui perditorum hominum fregi furorem, pro fortunis meis apud uos loqui non licet? servi, qui ad supplicium cæsi uerberibus, trahuntur, apud eos sepe disputant, quos necare uoluerunt: ego consularis apud uos non loquar, quos cōseruauit? Tacebo, si necesse est, tacebo, in qua animo æquo, quoniam uirtus mea, me tacente, agit caussam meā. Itaq; ut ego in concione mea nihil ponam de rebus meis gestis, tamen in animis, Et memoria uestra largiter relinquam. isti modo siudeant, qua ratione hanc inultam meam fugā ferre possint. Etenim, si a me, isti existimant, Lentuli mortui for

fordes, si Catilinae notissimus furor, si amentia Cethegi, si luxuriae, ac supra Caſſy penas repetūt, profecto iſiſa h-  
ra nulla, eieſto Tullio, uacua pericuſo, aut periculi exſpe-  
ſtatione relinquetur. Itaq; illi in dies non meis insidijs, que  
nullæ a me paratūr, ſed ſuorum ſcelerum conſciencia cru-  
ciati, mihi abſenti, & populo Rom. pœnas dabunt. Quas  
ob res ego iniicorū amentiae, cupiditatiq; paucorum,  
omnium ſalutis cauſa decedam: neque eo deducar, aut pro-  
gredi patiar, ut opera mea manus inter uos conferatis, cæ-  
desq; ciuium inter ſe fiat: multoqe potius ipſe patria, li-  
berisq; meis carebo, quam propter unum me uos de fortu-  
nis ueſtris, reiq; publ. dimicetis. Sic enim ab initio fui ani-  
matus, ut non magis me mea cauſa putarem eſſe natum  
quam reipub. procreatum. Sed illuc queror, quod non iam  
ad unius perniciem, ſed ad uniuersorum inſtruitur calamiti-  
atem; conqueri, commiferari, dicerè, expurgare, ſuſpicio-  
nem diuouere, crimen diluere non licere; ore oppreſſo, cer-  
uices eſſe præbendas: que tamen omnia iam non ſunt tam  
calamitofa, quod mihi ſunt ſubeunda, quā pernicioſa, quod  
in remp. ſunt introducta. Quamobrem ſtatutum eſt, atque  
decreatum, in hiſ temporibus ciuitatis omnia perpeti, que  
uolet furor libidinosus. Vim uolunt afferre? præſto ſum, ei-  
cere uolunt? exco, indicta cauſa. nolunt audire? cauſam  
non dico. aliud quidpiam conantur? agant: nihil duri, nihil  
acerbi mihi erit, quod rempubl. tutabitur. Non enim illis  
uictus cedo, ſed in columbus uobis me condono. Neq; enim  
mors miseranda eſt, que ob remp. capitur: neque exſiliuſ  
turpe, quod uirtute ſuſcipitur: cum præſertim nonnullam  
ha pœnae habeant in ſe conſolationem. Nam, uitam ſi cri-  
piunt, non adiument gloriā immortalem: ſi exſilio multa-  
bit corpus, non animum a repub. remouebunt. Nā ubiq;

ero, hoc cogitabo, haec semper cura mea erit: meq; uobis  
eruptum, non a uobis repudiatum existimabo. Illud ab uni-  
uersis postulo, petoq; si dum in ciuitate manere licitum est,  
nemini iniuste periculum creavi, nemini innocentii fui ca-  
lamitati: si omnibus auxilio, præsidioq; esse consueui, plurimoq;  
in hac ciuitate sum tutatus, uti uos liberos meos in  
uestram fidem recipias, eosque defendatis, neue inimicos  
meos in familiam nostram longius progredi patiamini:  
utique, siue hinc abiero, siue ero hic oppressus, ea maneat  
opinio, & existimatio, quæ uirtute parta, non quæ infeli-  
citatem illata est. Nuc ego te, Iupiter optime, maxime, cuius  
nutu, ac ditione sola terrarum gubernantur, seq; particeps  
cōnubij, socia regni, regina Iuno teq; Tritonia, armis otens,  
Gorgonophora, Pallas, Minerua, ceterique dij, deaq; im-  
mortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in  
saxo incolitis constitutam; ut non solum cunctam intueri,  
sed etiam tueri possitis ciuitatem, a quorum ego quondam  
altaribus impiam manum ciuium removi, a quorum tem-  
plis meo periculo, funestam faciem repuli, ne illustissimum  
orbis terrarum monumentum cum principe omnium ter-  
rarum occideret ciuitate: teque Iupiter Stator, quem uere  
huius imperij statorem maiores nostri nominauerunt, cu-  
ius in templo hostilem impetum Catilinae repuli a muris,  
cuius templum a Romulo uiclis Sabinis in Palatij radice cu-  
ni uictoria est collocatum; oro, atq; obsecro ferte opere pariter  
reip. cuncteq; ciuitati, meisq; fortunis: resistite tribamitio  
furori, fauete innocentiae, subuenite solitudini, miseremini  
senectutis: nolite eum supplicem a uobis absterrere, & ex-  
cludere, qui in suo magistratu funestam faciem a uestris re-  
pulit templis. Si C. Mario auxilio fuisti, quod in clivo  
Capitolino improborum ciuium cædem fecerat: si P.

Sci

Scipioni, quod Annibal is furibundā mentem à uestris re-pulit templo; si denique Cn. Pompeio, quod terra, marique hostes reddidit pacatos; sic nūc in meis calamitatibus aliquam fertē opem diuinam, ut sēpe malitorum in periculis fecisti; sic nūc in meis miseriis diuinū aliquid auxilium, & numē ostendite. Deinde uos, quorum potestas proxime ad deorum immortalium numen accedit, oro, atq; obsecros quibus signatim sēpe supplex ad pedes iacui: ut eū, quem singuli stratum, atq; abiectū subleuassis, nūc uniuersi conservatum uelitis. Si neminem umquam uestrum lessi, si nemini innocentī obfui, si etiam e contrario, ut quisque auxilium meū desiderauit, opē ferre nō dubitauisi deniq; quecumque administraui, ex uestra auctoritate, & parum conscriptorum uoluntate feci. si malui inimicorū cupiditatē quam reipu. & legitimae auctoritati pēnas sufferre: ut ex istimetis ex illo crudelissimo inimicorum impetu erectum, in antiquum statum dignitatis restituī cōuenire. Sed quoniam neque mihi libere loquendi, neque uobis clementer audiendi, neque omnino iudicandi, paucorū furore, & audacia facta est potestas, sed oppressa est resp. armis, metu debilitatē seruili, ut liberū spiritū ducenti nullam habeat potestatem, cedam inermis armatis, innocens nocentibus, priuatus furibundo magistratui. Neque enim Q. Metellus quidquam de uirtute sua detraxit, quod cessit L. Saturnino furenti: neque C. Costa, quod Q. Varroni trib. pleb. inferiore genere orto, cedendum putauit: neque C. Martius, qui quantas res gesserit, uestra uobis libertas indicio esse poterit: neque uero M. Tullius suum animum uestra alienauit potestate, cū præcipuum uobis obſide sui animi, uestram reliquerit libertatē. Quamobrem testor deos, deasque omnes immortales, uestrasq; maxime mētes, me non uitæ turpitudine, non pro

pro magnitudine scelerū, non propter reliquæ etatis infamiam, penas iure, & lege persolusere: sed propter virutis inuidia, propter incundissimā ingenij laudē, propter magnitudinem rerū gestarū, crudelissime ciuitate priuari. Quod si idem accidit Q. Cepioni, si Mancino, si Rutilio, mihi quoque hoc accidisse non magnopere erit mirandum: cum præser-tim nō generis antiquitatē, sed virtutis ornamētis summā laudē sim consecutus. Nūc ego uos, equites Ro. obtestor, quo rū virtute nomine Romanū uictoriā cū laude possidet cōium-Elā, quoru factis gloriatur ciues, & tantur socij, gemūt ho-stes: ut si erga uos omni tēpore optime sui animatus, si mea pericula neglexi, dū timorem à patria propulsarem, si aque liberis uestris prospexi, ac uos parēt bus confestis: ut nūc me uelitis uestris opibus defensum, incolumē in hac ciuitate retinere: quæ cū à scelerata coniuratione effet incensa, meo ductu, ac labore restincta est: nec patiamini me à libe-ris meis abstractum, à coniuge abreptū, ab aris, focisq; in nocentē proiectū uitam degere in exsilio, miserrimi mortali-cis casum subire. Proiicitur Tullius in exsiliū: itaq; nimis innocens ab inimico, rēligiosus à sceleratos, benevolus huic ciuitati ab hoste. O miserū uita r̄atio, quæ tandem resides in uoluptate, quādū fortunæ poscit libido! legone inimicus huic ciuitati: quādū obrem? quia inimicos necauit, egone hostis? quid ita? quia hostes interfeci. En cōditionē huīus tēporis, ante a gloria, & laude dignissimi ducebātur, qui hac perfecerūt: nūc scelerati, & paricidae esse dicuntur, qui hac administra-rūt. Sint sane scelerati: saperet istorū uictoria, si modo uicto-ria appellanda est, in qua ciuitatis inest luctus: habeat hāc palmā ex innocētis cruore: tātū à uobis illud, equites Ro-peto, & rogo, ut quē sapenumero uestra laude cohonestatis, cūdē in dubiis uita periculis uestra virtute cōscructis:

F I N I S.